fideles esse non possunt, et n[on] formidas irata
Divorum fulmina, qui vt non iniusti videant[ur]
vt tuum caput vindictam vibrare cogantur;
itaq[ue] si me rebellem vocas, qui mea[m] defendi
gloriam, an te prædonem non vocavero qui au-
fers aliena? Sed armis tuis regnu[m] fuit sub-
actum: non tamen iustè dic enim ô Prin-
ceps si latro extorquet armis, quod per iusti-
tiam auferre nequit, num iustè possidet ablata?
impius es si affirmas, an quod abreptu[m] repetere
apud te nefas est? an si reddere per furtu[m]
extorta latro recusat non vi restituere com-
pellitur? concedis omnia abundè est. Tu
Rex si victor à captivo verum audis tu es
ille prædo; Lex nulla tibi Hebræa Regna
concessit, nega si potes, sed vt avara regnan-
di libido et fas, et nefas simul, tibi licere
quod liberet suasit bella quietis impius intu-
listi prædo, non vereor id dicere, quod tu
non minimam tuarum laudum esse reris So-
lymas ipsas: prô sancta Divorum fidem, quò

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 341v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/341v)